BIBLIA LATINA, BD. 1
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 261v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



atque regnorum. liberare populum suum
de manu mea. et de manu patrum
meorum consequentes. nec deus vester po
terit eruere vos de manu hac. sed et
alia multa locuti sunt servi eius con
tra dominum deum. et contra ezechiam ser
vum eius. Epistolas quoque scripsit
plenas blasphemie in dominum deum
israel. et locutus est adversus eum sicut
diu gentium ceterarum non potuerunt
liberare populos suos de manu mea. sic
et deus ezechie eruere non poterit popu
lum suum de manu ista. Insuper et cla
more magno lingua iudaica contra
populum qui sedebat in muro israel personabat
ut terreret eos. et caperet civitatem.
Locutus que est contra dominum israel sicut
contra deos alienos. et populorum terre opera
manuum hominum. Orauit igitur eze
chias rex. et ysaias filius amos prophete
adversus hanc blasphemiam. ac voci
ferati sunt usque in celum. Et misit
dominus angelum suum qui percussit om
nem virum robustum. et bellatorem. et
principem exercitus regis assiriorum
Reversus que est cum ignominia in
terram suam. Cumque ingressus esset
domum dei sui. filii qui egressi fuerant
de utero ~~matris~~ eius interfecerunt eum
gladio. Saluauit que dominus eze
chiam. et habitatores israel. de manu
senacherib regis assiriorum. et de ma
nu omnium. et prestitit eis quietem
per circuitum. Multi enim deferebant
hostias et sacrificia domino deo in
israel. et munera ezechie regi iuda.
qui exaltatus est post hoc coram
cunctis. In diebus illis egrotauit
ezechias usque ad mortem et orauit
ad dominum. Exaudiuit que eum. et
dedit ei signum sed non iuxta beneficia
que acceperat retribuit. quia ele
uatum est cor eius. et facta est ira domini
contra eum. et contra iuda. et israel. humi
liatus que est postea. eo quod exalta
tum fuisset cor eius. tam ipse quam habita
tores israel. Et idcirco non venit in eos
ira domini in diebus ezechie. Fuit
autem ezechias. diues. et inclitus valde
et thesauros sibi plurimos congregauit
Argenti. auri. et lapides preciosi. aroma
tum. et armorum universi generis. et va
sorum magni precii. Apothecas quoque
frumenti vini et olei. et presepia omni
um iumentorum. Caulas que pecori
bus et urbes sex edificauit. habebat
quippe greges ouium. et armentorum
innumerabiles. eo quod dedisset ei dominus
substantiam multam nimis. Ipse est
ezechias. qui obturauit superiorem fon
tem aquarum gyon. et auertit eas sub
ter occidentem urbis dauid. In omni
bus operibus suis fecit prospere quod vo
luit. At tamen in legatione principum
babilonis qui missi fuerant ad eum
ut interrogarent de portento quod ac
ciderat super terram. Dereliquid eum
dominus ut temptaret. et nota fieret
omnia que erant in corde suo. Reli
qua autem sermonum ezechie et miraculorum
eius scripta sunt in visione ysaie
filii amos prophete. et in libro regum
iuda. et israel. XXXIII

Dormiuit que ezechias cum
patribus suis. et sepelie
runt eum supra sepul
chra filiorum dauid. et celebrauit
eius exequias universus iuda. et omnes